

## De Telis emplasticis.

C A P. XLVIII.

**E**Mmplastris succedunt Telæ emplasticæ, quæ & easdem vîres cum emplastris obtinent, & pro partis affectâ magnitudine conficiuntur, & ratione effectus variant; siquidem aliæ digerant; aliæ expurgent; aliæ adglutinent; aliæ cicatricem inducant. Confectionis hic modus est; Telam vetustate detritam, minime tamen laceram, materiæ emplasticæ, posteaquam coctione legitimam cōfistentiam acquisiuit, immergunt, materia hac infectam extendunt, quo refrigerata induretur, tandem obuolutam in vsum reponunt, e.g.

**¶.** Olei ros. 3*iiii.*

ol.chamom. 3*ii.*

ranae virentes numero *iii.*

flor.chamom.meliloti an. 3*ii.*

vini odorati cyath.*i.*

coq.ad vini consumptionem, colentur per se taceum, adde cera 3*ii.*

cui mixtioni tela immigratur, cuius usus sit ad digerendum, resoluendum, dolores podagricos leniendos.

Vel hoc pacto ad molliendum & digerendum:

**¶.** Olei communis, axungia suilla liquat.lythar-gyrii, an. *lb.* *ss.*

adipis arietis, picis naualis, cere virgin. an. quart.j.

simul lento igne coquantur, quibus idoneam cōfistentiam natris, tela tam diu immegatur, usque dum utrinque sit imbuta.

Hoc